

erhalten. Zeugen: die Priester *Andreas Smoczel Altarist in Görlitz, Laurentius Seydel Pfarrer in Oderwitz (Odirwiz), Thomas Crauspeschulcz Priester aus Zittau.* Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indicione septima, die vero decima nona mensis augusti.

121.

5

Papst Pius II. befiehlt dem Propste zu St. Afra in Meissen, alle Einkünfte und Güter des Altars der heiligen drei Könige in der Pfarrkirche zu Kamenz, welche durch die Vorgänger des jetzigen Altaristen Johannes Schyragk etwa veräußert worden seien, trotz aller darüber ausgesetzter Verzichte wieder in den Besitz jenes Altars zu bringen. Mantua, 1459 Oct. 31.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 37. Die Bulle an Bindfaden.

10

Pius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio preposito monasterii sancte Afre per prepositum soliti gubernari, Misnensis diocesis, salutem || et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod nonnulli predecessores dilecti filii Johannis Schyrag, rectoris altaris sanctorum trium regum siti in parochiali ecclesia beate || Marie opidi Ca-
mentz Misnensis diocesis, qui fuerunt pro tempore, census, fructus, redditus, proventus, 15
terras, domos, vineas, possessiones, prata, pascua, nemora, molendina, jura, juris||dictiones,
scripturas, instrumenta et quedam alia bona ad dictum altare spectantia, datis super hoc
litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renuntiationi-
bus et penis adjectis, in gravem ipsius altaris lesionem nonnullis clericis et laicis, ali-
quibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad 20
firmum vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis confirma-
tionum litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest,
super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus,
quatinus ea, que de bonis ipsius altaris per concessionem hujusmodi alienata inveneris
illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, juramentis, renuntiationibus, 25
penis et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem ejusdem altaris legitime re-
vocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita,
compescendo, testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint,
censura simili, appellatione cessante, compellas, veritati testimonium perhibere. Datum
Mantue anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, 30
pridie kalendas novembres, pontificatus nostri anno secundo.

Unter der Plicatur: Rt. B. de Brends.

Auf der Plicatur: L. de Rinuciis.

Ja. Bonion.